TECHE UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. P_MSS_0763

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

Cronache Latine

758
a
771

763

Chronicon

Series
Sive Gesta Patriarcharum Aquilejensium.

Dall'Archivio Capitolare di Cividale
trascrisse Agricola Agricola.

Cfr. n. 766. 767. 764
621 (Liruti)

(Muratori). Vitae Aquilejensium Patriarcharum
Auctore anonymo circiter annum 1358

1806. Sig. Agricola Agricola

IV.

Series Patriarcharum Aquil.

ex MSS. Civitatensi.

Ha qualcosa di più e qualcosa di meno dell'Apogr. Cividalese.

Apogr. di Agricola Agricola

Copia IV.ª

Serie de Patriarcas de Aquileja: MS. Cartac. existe en el Archivo Capitular de Cividale. Ha pag. 27. en 4.°

Series
Patriarcharum Aquileiensium.

Series Patriarcharum Aquileiensium

Fideliter, diligenterque per ordinem exemplata

Ex manuscriptis

Antiquis, antiquioribus, antiquissimis

ut infra.

In Nomine Dñi nri Jhesu Xpi Amen. Post ipsius sacratissimam Ascensionem Ad Patrē omnes Apostoli missis sortibus per Mundi clymata ad predicandum Verbum. per quod omne genu flectitur celestium terrestrium et infernorum et in quo saluamur et sumus dispersi sunt. Et licet Beatissimo Principi Apostolorū Petro datū fuerit super uniuersalem Ecclesiā atque ligandi et soluendi in Celo et in terra plena potestas Spiritus tamen Sanctus ubi uult spirans eumdem Apostolorū Principem una cum coapostolo eius Paulo super quos uelut super firmas Bases Ecclesia Sancta fundata est Romam deduxit. Vbi idem Apostolus miraculis et doctrinis predictam Ecclesiā sub nero seuissimo illuminauerunt. Quorū discipulus Beatus Marcus Euangelista, qui ab ore Petri Euangelium scripsit ex precepto dicti Petri ad Vrbem Aquilegiā famosissimā Caput Italie Pontificatus ab eodem Petro accipiens hanc illuc uenit. Et per plures annos uerbum ibi salutis predicans et affirmans eum Apostolo quoniā hic est Xpūs Euangelium propria manu scripsit quod hodie in Aquilegiensi Ecclesia omnibus uolentibus quia tale Lumen sub modio poni non debet sed super candelabrū ut luceat omnibus demonstratur. Et sic primus predicator in Aquilegia fuit Beatus Marcus Euangelista. Qui predicationis sue rigitu infinitis populis ad fidem Xpi conuersis. et iam fundata Ecclesia

uultum Petri Magri sui uidere desiderans et ire Romam populum occulte dimittere satagebat. Sed Dei nutu uociferante populo et petente pastore ab omni turba Beatus Hermagoras in pastorem gregis Dominici electus est. Tunc dictus Hermagoras iter cum Beato Marco arripiens Romam peruenit et a Beato Petro baculum accipiens Pontificatus et uelamen sacrum suscipiens Protho[epis]cus Prouincie Italie ordinatur et super omnes Ecclias Italie Primatum obtinuit. Et regressus ad Urbem Aquilegiam Ecclie sue miro componens moderamine Seniores et Leuitas ordinauit quos ad ciuitates alias Italie transmittebat. Tandem XX. annorum ab ipsius ordinatione decurso curriculo premissis eius sacris operibus et miraculis gloriosis que in legenda declarantur ipsius sub Seuasto Preside in predicta Urbe Aquilegia et Nerone Monarchiam gubernante per diuersa genera tormentorum cum Sancto Fortunato Archidiacono suo decolatus Aquilegien[sis] Ecclie sacro martirio decorauit. Premittens ad palmam Nobiles Sanctissimas Virgines Euphemiam. Dorotheam. Teclam. et Erasmam. quas propriis manibus baptizauit. Ite Virgines post Xpi passionem prime per martirij palmam immaculato agro suo corpora tradiderunt. que in Ecclia Aquilegien[sis] cotidie gloriosis coruscant miraculis. Cuius Sancti Presulis precibus Aquilegien[sis] Prouincia est ab inuasione Demonum liberata. nec aliquis de hac Prouincia ubicumque fuerit a Demonio uexari potest. nec periclitari morsibus scorpionum.

Huic Beatissimo Protho Presuli successit Beatus Hilarus Patria, qui si-

si populum commissum in fide Xpi verbo confortans et opere expletis ordinationis sue annis .X. sub Numeriano Principe una cum Mo Luciano Archidiacono suo et alijs tribus Dyonisio .Hilario . et Felice . bonum certamen certantes cursum glorioso martirio consumarunt.

Hellaro successit Trisogonus Latha qui completis annis decem sue ordinationis mirifice rexit Ecclesiam.

Trisogono successit Mo Theodorus Latha qui .XI. anno ad ihesum ordinatione uitam martirio consumauit.

Post hunc successit Trisogonus Latha qui plenus bonis operibus migrauit ad Xpm post nouem annos ordinationis sue.

Agapitus Latha sedit annis .XIII.
Mo Fortunatus Latha sedit annis .XV.
Valerianus Latha sedit annis .XVIII.
Benedictus Latha sedit annis .XXV.

Alij omnes licet sub magnis infidelium persecutionibus fidelium tamen auxerunt Ecclesiam eorum sacris predicationibus et exemplis.

Post hos successit Beatus Romanus Latha doctor mirificus contemporaneus egregij et primi Doctoris Ecclesie Beati Jeronimi quem Romanum idem Jeronimus natus Oppido Stridonis in Dnio Ecclesie Aquilegien sito . inter uiros illustres commemorat . et in quadam Epistola sibi scribit Dno suo Ro-

mario Beatissimo Gio Aquilegien. Auiuj tempore floruit etiã Rufinus Presbiter Aquilegien Doctor eximius. qui libros de Istoria ecclastica composuit et multos alios de greco et ebrayco transtulit in Latinum multasque Cristolas direxit Jeronimo. et Jeronimus sibi. Sedit autẽ annis. XVIII et plenus bonis operibus migrauit ad xpm.

romario successit Augustinus Patha qui post annos XVIIII a ordinatione sua acto populo Dei cum Sanctis in pace quieuit.

Adelphus Patha sedit annis. VIIII.

Maximus Patha sedit annis. XX.

Januarius Patha sedit annis. VIII.

Secundus Patha sedit annis. III.

Niceta Patha sedit annis XXXII. Cuius tempore regnante secundo Theodosio Augusto. circa annũ Dñi CCCCXXV. Attila flagellũ Dei cupiens sibi Romanũ imperiũ subiugare. et debellatus à Romanis quibus adhereant fere omnes Populi Occidentis. ubi occisa fuerunt. CLXXX. milia hominũ reuersus est Pannoniã. et reasumptis uiribus iterũ intrauit Italiã. et primo ueniens in Forumiulij destruxit omnes munitiones Forriulij. pmo castrũ Julien et obsedit Vrbẽ Aquilegiã tribus annis. et eodem ubi nunc est castrũ Vtini pro sui tuitione manualiter fieri fecit. Tandẽ peccatis exigentibus per triũm annorũ obsidionem infra quod tps multa milia hominũ Aquilegen

occisa

occisa sunt, Aquilegiā cepit et destruxit dictū Nicetā inhu-
maniter iugulando. Deinde ad partes alias Italie progrediens Ci-
uit. Concordiam, Altinum q̄ nunc Tervisium, Opitergium Patauium
et alias multas deleuit. Tandem precibus BB Leonis PP. primi de
Attila extinctus est

Post Attile necē sedit in Aquilegien sede Marcellianus Patho annis XXVIII.
Huius tempore Zenon Romanum fastigiū gubernabat. Odona-
cher Rutherorū Dux occiso quodam Augustulo qui Romanū
Imperiū inuadere presumpserat Romā ingreditur, et totius Ita-
lie per XIIII. annos obtinuit Principatū. Quē Teodorieus Rex
Gothorum ad Italiā properans, cui dictus Odonacher occurrit
cum innumerabili exercitu iuxta Aquilegiā in campis uberimis
debellauit.

Post Marcellianū Marcelinus in Sedem instituitur Pathalem quā rexit
annis XV. et non modicū tempore Anastasij Augusti refor-
mauit Ecclīā et Vrbem Aquilegen quā propter inuasionem
Attile inuenit plurimū deformatam et quasi totaliter des-
tructā.

Stephanus sedit annis XII. Hic sub Iustino Xpianissimo Imperatore
et Teodorico regnante in Italia qui erat Arriana infecta he-
resi et Arrianos protegebat multa pro fide catholica perpessus
est. Sed Xpō protegente non solū Ecclīā sed tota Prouin-
ciā a peste huiusmodi liberauit.

Macedonius Patha successit uir clarus et pius qui Iustiniani Augusti as

sumptus temporibus uita ducens laudabilem et per Prouinciam Italie peregrans. fratres mirabiliter in xpo confortabat. Tandem post annos. XXVI. ab ordinatione sua felici pace quieuit.

Huic successit Paulus gloriosus Antistes tempore Iustini Imperatoris. II. cuius tempore Longobardi a Narsete Patritio ducti Italiam intrauerunt. Quorum historiam Paulus Istriographus scribit. Et dicti Longobardi primo Castrum Iulium depopulauerunt et totaliter destruxerunt. Hic Paulus Patha timore eorumdem Longobardorum ductus cum thesauro et Reliquijs Ecclesie ad Gradum Insulam se contulit quam nouam Aquilegiam appellauit. Et ibi XII. Pontificatus sui anno uitam finiuit.

Probinus Paulo successit qui anno uno apud Gradum uixit.

Helias Patha sedit annis. XXII. Hic quia tria Capitula Calcedonen. Concilij susipere noluit tamquam hereticus reprobatus est. Sed Pelagius II. eidem misit epistam satis utilem, quam Beatus Gregorius dum adhuc esset Cardinalis scripsit. Tunc Helias ab errore reuocatus de predicti II. Pelagij consensu XX. Episcorum Synodum conuocauit et Gradum Insulam que ut predicitur noua Aquilegia appellata fuit, totius Venetie instituit esse Metropolim. Ad cuius robur Eraclius Augusti Deuotione ducis Beati Marci Sedem, quam dudum Helena Mater Constantini tulerat de Alexandria Aquilegiam direxit ut ibi hactenus uneraretur apud Sancti Hermacore sedem, ubi primo predicauerat uerbum xpi. Venetie quippe due sunt. Prima est

ilia

illa. que in antiquitatum Istorijs continetur que a Pannonie termino usque ad flumen Danubij in quo etiã Istria complectitur protellatur. Cuius Aquilegia olim ciuitas famosa caput extitit que etiã caput Italie uocabatur. Secunda Venetia est que apud Insulas Maris Adriatici ex collectione populorum primarum Venetiarum propter rabiem Attile et deinde Longobardorum infra aquas fundata est.

Seuerus Ratha successit Helie apud Aquilegiã nouã et XV. annis sedit. Quem Smaragdus patricius nolentem Rauenati Epo adherere cũ tribus Epis de Grado uiolenter abstraheng eum Iniuria Rauenã duxit compellens eundem Seueru dicto Rauenen Epo in tribus damnatis capitulis à PP. Pelagio adherere. Sed iusto Dei iudicio Smaragdus Patricius a Demonio correptus Constantinopolim remeauit. Seuerus uero exacto anno uno ad Gradum cũ tribus Epis rediens non est receptus à populis nec sibi uoluerunt alij Epi comunicare quia errori Rauen Epi comunicauerat. Sed conuocato Synodo. X. Eporum in Marianis Idem Seueruj sans erroris sui libellum à fratribus benigne in Rathã receptus est. Epi autẽ qui dicte Synodo interfuerunt sunt hij. Petrus de Altino. Carissimus de Sabione. Angelus Tridentinus. Iunior Veronen. Oroncius Vicentinus. Laurentius Belunen. Rustieus de Tarnisio. Fonteius Feltren Angelus Cenetens. Maxentius Iulien. et Adrianus Polen. Huius etiam tempore seuiente adhue multitudine Longobardoz. et imperante Mauritio Augusto fames maxima et mortalitas per uniuersã Italiã fuit.

Post obitū Severi Johes Abbas cum consensu Regis et Agisulfi Ducis Fori-
iulien; in Latha in Aquilegia uetori ordinatur. In Grado quoque
Candianus caput scismatis à Romanis instituitur. Candiano de-
functo apud Gradū Epiphanius non sine scismate ordinatur. Et
ex tunc incepit nōiari Latha Graden; qui Epiphanius erat
Primicerius notar; Romanorū.

Marcianus Latha sedit annis. VIIII

Ven Fortunatus Latha sedit annis. III.

Ven Felix Latha sedit annis. XIIII. Hic apud Regē Longobardor. familiaris extitit,
cui ipse Rex fuit multū benignus et gratiosus.

Johes Latha sedit annis IX. Alter Johes Latha sedit annis X.

Petrus Latha sedit annis. XIII. Iustinianus. II. Imperator. huius tempore uni-
uersalis Synodus apud Aquilegiā celebratur.

Serenus Latha sedit annū. I. Vir bonus et pius ac omni simplicitate pre-
ditus et ad Xpi seruitia pronus. Et nota quod à Seuero Latha
usque ad Calixtū qui sequitur, Lathe propter incursionem
Romanorū non audebant stare in Aquilegia, sed habitationē
sibi elegerant in Cormon;

Sublato itaque de medio Latha Seueno. et successit Calixtus uir egregius Eccle
Ven Taruisane Archidiacon; qui annitente Liedprando Rege Longobardo-
rū regimen Eccle Aquilegen; suscepit. et existens Regis sufultus
fauore Eccliā strenuè gubernauit. Tandē. XL. ordinationis sue anō
felici pace quieuit in Ciuitate Austria. cuius corpus sepultum
est in Eccla Sancti Johes.

Vide Testamentum exalio
codice in fine huius Chronici
ad signum ✠ Calixti

Signatus

Signadus Patha de Regis Primoaldi genere sedit annis.XLII. et prospere Ecclie gubernauit.

Sanctus Paulinus Patha sedit annis.XV. Qui rinito ad Regno Longobardoru et in captiuitate ducto Desiderio ipsoru Rege una cu uxore et filijs ad gloriosu Karolu magnu Imperatore pro iuribus Ecclesie ampliandis profectus est. et Vir esse mire sanctitatis ab Imperatore Karolo priuilegia valde plura obtinuit. Et rediens in ciuitate Austrie multis in uita miraculis claruit et in morte. cuius corpus in predicta ciuitate quiescit et uenerat.

Vrsus Patha sedit annis.V. Hic primus cepit proclamatione facere de Grado Insula plebe Synodali iure subiecta Aquilegen. Ecclie. In qua quidam Venerius sibi nomen Pathe usurpauerat

Maxentius Patha sedit annis.XXVI. Ad cuius preces Beatus Eugenius II. et Ludouicus Imperator ad instantia Lotharij (Filij) dicti Ludouici uniuersale Synodu Mantue celebrauerunt. In qua cu Maxentio proclamante de quida Venerius falso sibi nomen Pathe in Grado Insula plebe Ecclie Aquilegen. usurpauerat - et retractata huiusmodi causa per dicta Synodu declaratu fuit Gradum esse plebem Synodali iure Ecclie Aquilegen. subiecta - depositio Venerio antedicto.

Hucusque primus codex ciuitatensis; que sequuntur, ex alio pariter vetusto ciuitatensi codice.

Andreas Patha sedit annis.X. Hic proclamatione facta de Gradu per

Leone Papa, et Lotario Imperatore Dictam plebem obtinuit et Diudicata est Plebs Ecclie Aquilegensi in Synodo generali.

Venantius Patho sedit annis. XIII.

Pendinarus Patho sedit annis. XXII. Hic et sub predicto Lothario et et sub Lodouico eius Filio Ecclia mirabiliter gubernauit et pro Gradensi Plebe reclamauit et eam obtinuit in Papia.

Lupus Patho sedit annis. III. Hic à predicto Lodouico in protectione sua susceptus est.

Valepertus Patho sedit annis. XXVI. Hic Karolo Secundum filio Lodouici à Papa Iohe octauo coronato Rome sociauit.

Federicus Patho sedit annis. LIII. Iste mirabiliter Ecclesia gubernauit. Huius tempore imperante Karolo tertio Vngarorg. gens à Scruia egressa in Panoniam que adiungitur finibus Ecclesie Aquilegen primitus uenit et exectis Auaris ibi habitare cepit. Erat enim gens crudelissima carnem comedens humana et sanguine bibens pro potu quos Federicus Patho repressit et Longius effugauit reddens Hesperie pacem que eapud extat ytalie. Super cuius sepulcrum in Aquilegia est Epitaphium.

Condiuer in ferius nitido Patho Lapillo.
Preclarum nomen cui Federicus erat.

Vngarorg.

Ungarorum rabiem magno moderamine prefsit
Fecit et Hesperiam pace habere bona.
Gregius Pastor mitis dum pasceret agnos.
Semper utrumque gregi pabula loca dedit.
Hunc Deus omnipotens propere ditauit honore.
Post hanc Angelicis consociando choris.
Tu quoque Precursor xpi Baptista Johes
Pontifici meritis auxiliare tuis.

Leo Patha sedit annis.XXII. Hic pro libertate ecclesiastica se morti exponens à quodam Rodaldo Longobardo occisus est. cuius bona dum Rodaldi ecclesie Aquileien confiscata fuerunt per snia Principum ut inferius apparebit.

Ursus Patha sedit annis.XXIII. Hic tpre Berengarij sedi totus uirtuosus et prudens pro ecclesia multum fuit laborosus et solicitus. In ciuitate Austria plenus dierum in pace quieuit.

Lupus Patha sedit annis. VIIII.

Hengelfredus Patha sedit annis.XXIII. Qui Berengarium sedus et postea Otto pmij immutatioes et priuilegia contulerunt. Hic fuit nobili genere et omni probitate conspicuus.

Rodaldus almificus Patha sedit annis.XLII. Nobilis genere et

nobiliorm mente ab Imperatoribus Octono secundo et tercio plura priuilegia obtinuit. et inter ceteras per sua Principatus coram predictis Imperatoribus obtinuit quicquid inter Istriam et Liguriam habebat Rodaldus Longobardus qui Leonem Patham de quo facta est superius mentio interfecit.

Johannes Patho sedit annis .XVIII. Hic ab Octone tertio plura priuilegia obtinuit. et aduersus quendam Vrsonem qui se Patho Gradensem dicebat coram beato Henrico Imperatore cuius uxor fuit sancta Cunegundis uirgo de Gradu plebe sua etiam reclamauit.

Poppo Patho uenerabilis sedit annis XXIIII. Hic in duobus Concilijs Rome, et Ravenne celebratis coram Johe Papa. XVIIII. et Mag. Ottone Imperatore aduersus Vrsonem predictum, et citatum et uocatum per litteras apostolicas et non comparentem de Gradu plebe predicta proclamauit. in quibus Conciliis Gradus adiudicata est Patriarchatus Ecclie Aquilegen. et dictum Vrsonem, omnesque suos predecessores false Patriarchatus nomen usurpasse. ipsoque procurante oēs thesauri Ecclie. libri. calices. paramenta. et alia uasa aurea. et argentea. librum seu Euangelium quod Beatus Marcus Euangelista propria manu scripsit cum ossibus Sanctorum que per Paulum Patham metu Longobardorum ad predictam Gradum Insulam deportata fuerant et cum aliis reliquijs ad Aquilegien. Ecclesiam deportata fuerunt.

fuerunt. Templum de nouo construxit. iste beatus Pontifex et Monasterium Sanctimonialium extra muros Aquilegie gesto opulentissime ditauit. Templum predictum una cum duobus Romane Ecclesie Cardinalibus et viginti alijs Episcopis solempniter consecrauit. cui consecrationi interfuit Otabus Imperator predictus. et Johes Papa duo Sanctorum corpora Vidt. Marci PP. et Quirini Episcopi Martiris transmisit tradens eidem Loponi potestatem super. XVI. Episcopatos Vidt. Tergestin. Emon. Palen. Parentin. Justinopolitanen. Concordien. Cenoten. Feltren. Belunen. Paduan. Vicentin. Veronen. Trinten. Mantuan. atque Cumanum. Quam potestatem cum certis Regalibus dictus Otabus concessit atque confirmauit multaq. bona fecit pro ipsa Ecclesia que narare per singula nimis longum esset. In Aquilegen. Eccla requieuit in medio Ecclesie. In cuius sepulcro hij versus scripti sunt.

Lopo Sacerdotum lux et decus Ecclesiarum.
Gloria Romani spes simul Imperij.
Constitutus rectis humane conditionis.
Cece suo hac mole fit cinis ex homine.
Instruit ut Paulus fuit ōnibus ōnia factus.
Ferre studens Dño dupla talenta suo.
Hic loculus est testis quibus ipse resplenduit actis.
Ille quidem donis moribus atque probis.
Exortans ista Xpo fundauerat aula.
Ultima principio que dedit hora suo.

In Labro plebe Tridentina parte Locato.
Agne Dei unici subte rogo parca iacenti.

Gerardus Patha sedit annis .V. De quo nichil inuenitur dicendum.

Totopoldus Patha sedit annis .XVII. Qui etiã de Tridensi plebe proclamauit et tã per Alexandrũ secũ ẽm per Henricum Imperatorẽ tercium dictus plebs adiudicata est et per utrosq. super .XVI. episcopatos predictos et de Regalibus data potestas. Hic construxit monasteriũ Sti Stephani de Aquileia in quo erant Canonici regulares, nunc autem seculares. Huic etiã concessit et dedit dictus Imperator Ducatũ Forojulij et Marchiã Istrie et multa alia largitus est. Super eius monumentũ in Aquileia hij versus scripti sunt.

Hic Totopoldus iacet missus in monumento.
Hic presul dictus nomine non merito.
Sed quia mortalis me peior non erat ullus.
Xpe filij miserere mei.
A morte perpetua Libera Dñe.
Crux mihi sit requies.
Crux mihi sancta salus.

Gauengerius Patha sedit annis .IIII.

Sigeardus Patha sedit annis .VIIII. Huic Henricus tercius dedit

Marchiã

Marchia Aquileie et multa alia priuilegia concessit et concessa per alios confirmauit et Vrbanus Papa sedu sibi ea confirmauit circa annos Dñi. MLXXXVIIII.

Henricus Patha sedit annis VI.

Federicus Patha sedit anno I.

Godafricus Patha sedit annis XXXVII. Hic cum Henrico Imperatore quarto Romam uadens pro ipsius coronatione propter discordia que erat inter Paschalem Papa et ipsum Henricum Paschalis capit. et dicto Godafrico tradit. cui todiendus cui idem Godafricus non sicut custos sed sicut humilis seruus famulabatur. Tandem factis compositionibus Henricus coronat. et procurante eodem Patha pax firmas inter Imperatore et Papa facta est propter quod ea a Papa qm ab Imperatore grãas multas obtinuit.

Gerardus Patha sedit annis VIIII. Hic de Villa Premariaci iuxta Cuitatem Austria ortus apud eandem plenus bonis operibus migrauit ad Xpm.

Pelegrinus Patha sedit annis XXXI. Tempore istius Honorius secus Papa fuit in Aquileia. Huius etia tempore

à Papa Innocentio 2do coronatus Lotarius Imperator cui coronationi interfuit idē Pelegrinus et de Regalibus fuit ab ipso Imperatore solempniter investitus.

Gotofredus Patha sedit annis. XII. Hic de regali prosapia ortus Ecclesiā suā mira prudentia gubernauit.

Vodalricus 3tus sedit annis. XX. Qui Legatus aplice Sedis factus Federici primi consanguineus tam ab Adriano quarto quā Alexandro tertio confirmationes priuilegiorū obtinuit. Hic dictus Federicus omnia priuilegia Imperialia et Regalia confirmans Marchiā Istrie et Carniole Ducatū et Comitatum Forojulij et multa alia loca et castra et terrā inter Planum et Liquentiā iacentem concessit et ser alios concessa confirmauit. Dedit etiā eidē Pathe et Ecclesie Aquilegen montem silicis cū omnibus . . . . . apendiciis. et post reconciliationē factā inter Alexandrum tertiū et Imperatorem fecit idem Imperator dictū Vodalricum Pthā per totā Italiā suū Vicariū Gnalem. Hic duplicē habuit legationem. Iacet in Aquilegia, in cuius monumento hij uersus sunt.

Alter Vodalricus iacet hic Patha benignus.
Muetibus illisā Scismatis Ecclesiā
Rexit dictauit fratres hos ipse beauit.
Cū sustis maneat. Paudia possideat.

Pelegrinus

Pelegrinus sedus sedit annis. XIIII. Iste fecit multa bona Ecclesijs. et inter alia reparauit Ecclia Aquilegen̄sē et decorauit multis elemodijs et fecit tabulā argentea ratōe puleram in dā Ecclia sed mirabilē in Ecclia Aquilegen̄ que per pastoris incuriā post longū tempus fuit Venetijs ignorata quā ipsi Veneti hodie pro pretioso seruant tesauro. Iste p̄mus cepit amicitiā contrahere cū Venetis.

Hic deficit codex: que sequuntur, ex alio.

Volkerus Patha beati. sedit annis. XII. Iste ab Henrico. V. et Octone. III. confirmationes priuilegiorū obtinuit. et coram ex et etiā coram Fridrico. II. Marchionatū Istrie quem Dux quidam Bauarie Lodouici nomine tenebat per Principum sententias obtinuit. et resignatione facta per dictum Ducem de huiusmodi Marchionatu per omnes tres Imperatores successiue inuestitus est dictus Patha. de dicto Marchionatu. cui etiā Octo predicti Montem silicis donauit. Iste multa sanctitatis opera in uita sua fecit. que Deus post eius mortem ostendit. nam eius Archa marmorea in Aquilegen̄ Ecclia in aere pendebat. uisibiliter stans circumquaque per. IIII. digitos super terrā. nunc autem uno angulo terram tangit modicum. aliis angulis minimē terram tangentibus.

Bertoldus Patha sedit annis. XXVI. Iste filius Ducis Meranie patruus fuit Beate Helysabeth que fuit filia Regis Hungarie. cuius beate Helysabeth mater fuit soror dicti Pathe Bertoldi. Iste Archiepus Coloniensis extitit. qui Fridrico

II. adherens usque ad exiu depositione multos honores multa priuilegia et grãas obtinuit. Multa bona una cu patre et matre Cecilie Aquilegen contulerunt. et potissime in Karinthia. et Marchia. et Carniola. cui predictu Imperator etia Montem silicis inter alia concessit. et tradidit. Huius tempore Ezelinus de Romano tyranide exercebat. et licet dd Bertholus indignationem. eo dd adherebat Friderico. Sedis Aplice incurrisset. ad Romana curia cum magna comitiua Baronu et Nobiliu. et ibi magnalia ostendens. ab Innocentio IIII. gratiose susceptus. gram et benedictione obtinuit. et rediens a curia Romana post aliquod tempus multa dimittens de proprio patrimonio Cecilys. felici pace quieuit. Iacet in introitu Cecilie infra Cecilia. Hic fieri fecit Cecilia Sti Odorici de Vtino. et etia ciuitatem Austria muris ampliauit.

Gregorius Latha qui fuit de Monte Longo sedit annis. XVII. mensibus. X. et diebus. XVI. Hic antequ assumptus esset ad Lathale dignitatem existens Notarius Lape missus fuit Legatus contra Fridericu iam depositu. qui Parmã obsidebat. Parmenses uidentes auxilium sibi paratu egredientur. et idem Gregoriu una cum Parmensibus exercitu Friderici agressi sunt. et spoliis acceptis ipsu Fridericum cu exercitu suo non sine magno dampno et obprobrio expulerunt. Hic factus Latha per Papa Innocentium IIII. uenit Aquilegia. XIII. die Ianuarij. sub anno Dñi.

M.CC.LII. Hic gloriosus Antistes multa laudabilia operatus est. et multas querras pro libertate Ecclie sue cum Comitibus Gorizie et Tyrolis perpetuo est. Suprad: Patha fieri fecit Monasterium Fratrum Minorum Civitatis Austrie, et aliud pro eisdem Fratribus in Vrino cui Ecclia. cuius consecrationi interfuit ipse cum multis aliis Epis. anno Dñi. M. C. C. LXVI. Tandem anno M. C. C. LXVIIII. mortuus est in Civitate Austrie. et ibi sepultus. Eodē anno electus fuit in Patha Aquil. Philippus frater Ducis Karintie olim Archiepus Salzburgen. sed privatus fuit per Papam Gregorium X. eo quia electio Pathalis ante dictā electionem fuerat interposita per Curiā Romanā. qui cū apostolica Sede vacante non confirmaretur electus fuit in Capitaneum Forojulij salvo iure electionis Pathalis. Sedes autē Aquil vacavit annis. IIII.

Raymundus Patha sedit annis. XXV. mense. I. diebus XVII. Hic natione Mediolanensis dum esset Epus Cuman factus fuit Patha Aquileien per Alexandrum Papam et Curiam Romanā anno Dñi. M.CC.LXXIII. Die XI. exeunte mense Decembri. Venit in Forumiulij Vid: Vrinum anno. milto Ducentesimo septuagesimo quarto. Die sabbati. IIII. intrante Augusto. In Aduentu suo cū Alberto Comite Gorizie guerrā fecit. sed modicū duravit. maiorem et longiorem habuit in Istria cum Venetis. quos debellavit et vicit. Dulcra

priuilegia concessit Vtinensibus. quos ditauit honoribus et re
ditibus. Obijt Vtini anno. M.CC.LXXXXI. Die. VI. exeunte
Februario. sepultus uero Aquilegie in capella S. Ambrosij
ante per ipsum facta. Eodem anno. Die. V. intrante Martio.
Electus fuit in Patha Aquilegen. Dñus Conradus Dux Polo-
nie unanimiter et concorditer per capitu Aquil. sed non fu-
it confirmatus per curia Romana.

Petrus Patha sedit annu. I. menses. VII. Die consecratus in Patham
Aquil. à Bonifacio Papa VIII. in festo Natiuitatis S. Jo-
hannis Baptiste anno Dñi. M.CC.LXXXXVIII. modicu
superuixit. nã obijt in Vtino et sepultus fuit in Eccliã S.
Marie posita super esle Vtini ante altare maiu. anno Dñi
M.CCCI. Die X. exeunte Februario.

Octobonus Patha sedit annis. XIII. Die factus fuit Patha Aquilegen.
per Papã Bonifaciu. VIIIm. anno Dñi. M.CCC.II. penultimo
Die martij. Mirabiliter et fortiter rexit Eccliã suã. sol-
uit multa debita Romane curie. habuit multas guerras.
debellauit et uicit hostes. Vacante sede papali per mortẽ
Clementis Pappe. anno Dñi. M.CCC.XIIII. Die. X. exeunte
Septembri. arripuit iter uersus Romã ad Cardinalem
Lucham Januensem qui citauerat eum ad se unde spera-
batur quod d. Patha crearetur in Papã. quod minime fac-
tum est. quia ipso reuertente graui infirmitate detenay obijt

anno

anno Dñi. M.CCCXV. Die XIII. Januarij. In Comitatu Placentie. sepultus est in castro qui dicitur Arquar.

Castonus Patha sedit mensibus VII. diebus... Hic ad preces Regis Roberti factus Patha Aquili per Joh̃m Papã veniendo Florentiã in Forũ Julii equitante eo ceccidit de equo et mortuus est. et in Florentie sepultus. anno Dñi. M.CCC.XVIII. Die XII. exeunte Augusto. qui ultimo die anni precedentis creatus fuerat Patha.

Laganus Patha sedit annis XV. Hic dum esset Ep̃us Paduanus creatus fuit Patha Aquilegen per Sanc̃t. Papã Joh̃em. anno Dñi. M.CCC.XIX.

Bertrandus Patha beatus. sedit annis XV. mensibus VII. diebus VI. Hic fuit oriundus de castro Sc̃i Zenensis. Iste Antistes multum laboravit pro libertate suee Ecclie. et multa ipsius bona recuperavit. Hic fecit fieri ac depingi capellã in qua jacet. sepulcrũ ejus marmoreum in quo conditur fieri fecit. Ipse cultor justitie. amator pauperũ. pupillorũ viduarumque protector. Anno Dñi. M.CCCL. VI. Junij. à suis emulis crudeliter interfectus est in loco qui dicitur Pechinicha. In Utino sepultus multis coruscat miraculis.

Nicolaus Patha Bohemus Frater Karoli. IIII. Imperatoris sedit annis. VIII. Hic à mandato Papæ ex confessione. justitiã fecit de omnibus qui interfuerunt occisioni et mortis causa

predecessoris sui Bertrandi. a quibus caput amputavi. aliquibus membra diuidi et sic morte turpissima mori. Hic cum copioso exercitu amplexus est Patriam. Virilis et audax in operibus suis. Ecclesiam suam nec non Patriam bene gubernauit. tandem mortuus et sepultus in Vtino in sepulcro predecessoris sui Bertrandi

Lodouicus Patha sedit annis .III. Hic de la Turre natione fuit. qui pro tuitione sue Ecclesie à Duce Austrie capitur. et quamplures Nobiles cum eo usque Vienna ducuntur. qui timentes sententiam capitalem eam recesserunt. et ad Patriam uenerunt. Videns Dux se illusus esset ab eis. dimisit et Patriam eum. sociauit usque in Patriam. Illo anno Dux obsedit Manzanum et recepit eum. sed post recessum Ducis cum gente sua recuperatum est Manzanum et remansit in libertate.

Marquardus Patha benignus sedit annis .XXII. Hic potens in opere et sermone. Hic pro Ecclesia sua cum Venetis pluribus annis guerram duxit. Illo tempore lega fecit cum Dño Rege Vngarie. cum Comite Goriatie. cum Ienuensibus. cum Paduano. et debellati sunt. Hic multa bona operatus est. que causa brevitatis obmitto. Item idem Patha fecit cooperire Ecclesiam Aquilegen. Ste Marie Virginis. et fecit eam multum bene et pulcre ornare. que multis annis extiterat ruinata et plena vepribus et urticis et pessimis herbis propter terremotum olim factum in Conuer

sione Sti Pauli in. M. CCC. LVIII. postmodum feliciter quieuit. anno Dñi. M. CCC. LXXXI. Die. III. Januarij.

Anno Dñi. M. CCC. LXXXI. tempore quo Sedes Aquilegen vacabat Rectore. omnis Patrie furia. Terre. Castella. Populi petebant auxiliu ab alto Dei concilio. ut Deus omnipotens tribueret eis propugnatore utile et tutore. sic Diuina prouidentia in re disposuit. contigit qd Dñus Aptieu mitteret quendam uirū et Dñū solempne. uidelicet Dñū Philippū de Alenconio Cardinale ad partes Foriulij in Patha et Rectorem. Erat quedam rebellio et partiu discessio. scilicet Urbium. Terrarum. et Oppidorum. quedam partes receperunt predictū Philippū in Patha reuerenter et letanter. quedam uero resterunt et renuerunt. Vnde decretū fuit per eumdē Cardinalē. et per eius Concilium. qd ōibus Urbibus. Terris et Villis sibi et alijs resistentibus. imponeret interdictum. sic etiā in Terra Utini et alijs et in confinibus et compleibus suis. et sic factū fuit. et positū interdictum omnibus resistentibus et nolentibus ei obedire tanquā Pathe. Illo anno quo impositū fuit interdictū. regnabat valida pestis epidemie in Terra Utini. et in toto Orbe. et decedebant in Utino in die plusquā. C. interdū plures. et incepit illa pestis de Mense Martij. et duranit per totū Augustū. et mortui sunt illo anno plusquā. xx. Xpianorū. eo tempore erant quatuor uel quinque sacerdotes profani. qui celebrabant diuina officia in faciem Ecclie. et cum illis

quatuor uel quinque Sacerdotibus omnes mortui sepulti sunt. Finita peste idem Philippus Cardinalis. uidens partes aduersantes sibi. et nolentes obedire ei quia in comendam nolebant eum. sed si uellet deponere pileum. et accipere baculum pastoralem Ecclie Aquilegen; ipsi uellent et obedire tanquam Pathe et Pastori. Sin autem non. Ipse autem renuens et nolens deponere pileum sperans ascendere ad summum apicem et eligi in Papam. recessit a partibus Foriulij. et adhesit Dño Francisco quodam de Cararia paduano. qui Francus dedit sibi pro capitaneo quendam Johem Daz. qui ueniens cum magna societate in Foryulium cepit multas Terras et Castra et Fortalitia. et intrauit etiam Aquilegiam in die Parasceues. Ecclias uiolauerunt. derobauerunt. mulieres homines ceperunt. trucidarunt. et alia multa enormia in dicta Ecclia siue Ciuitate commiserunt. et fere totas Villas Foriulij eremauerunt. et duravit illa guerra ab ipsius inchoatione usque ad septeneum. Tempore huius guerre. Vtinenses miserunt ad Dñum apticum Vrbanum. VI. ad Ciuitatem Ianue rogantes eum ut mitteret eis unum Pastorem et Pathe. et direxit eis unum Pastorem, siue Pathe Ierosolimitanum Legatum. et uenit Vtinum. stetitq; per annum unum et postmodum recessit. et multa bona secum detulit. Sed paulo post Dñus Aczieus direxit quosdam solemnes uiros et Dños Legatos. ut inquirerent per quas causas. et per quas personas deficeret. ne predicto Dño Philippo Cardinali obediretur tanquam Pathe. Qui ut repugnantes rederent facileres et promptiores ad concordiam et compositio-

nes.

nes. suspenderunt interdictū usque ad eorū beneplacitū. et absolutis illis prophanis sacerdotibus supradictis. canonici atq; alij Sacerdotes ceperunt celebrare diuina officia. qđ nolebat facere in faciē sacerdotū illorum. nisi absoluerentur. Post hec Dñi Legati iuerunt Vngariā exponendo negocia sua coram Rege prout à Sede Aplica habuerunt in mandatis. quorū legatorum unus ibidem mortuus est. reliqui reuertentes et redeuntes ad partes Forojulij inuenerunt partes aduersas rebelliores quā priùs. tunc denuo reuocauerunt interdictū. et litis maior orta est. Tamen post longū spaciū temporis compositio facta est. et promiserunt partes aduersantes obedire dicto Dño Philippo Cardinali et eū recipere in Patrā. et receperunt eum. sed duravit tempore certo. Vnde Dñus Cardinalis uidens se sic illusum recessit à Forojulij. et trajfectauit. et iuit usque Paduam. deinde Romā. ibi inito Concilio misit exercitū maiorem priore. qui totam patriā destruxit. Terramque Vtini obsedit. et in summo discrimine posuit. tandem Vtinenses exeuntes fortiter cū suo exercitu de Vtino. miserunt in fugam agressores occisis fere omnibus. et acceptis bombardis. machinis et balistris cū magna preda Vtinenses habuerunt uictoriam magnā.

Deo sic uolente cui Laus et gloria.

Finita guerra breuis q; euacuatis reddus amissis Villis crematis. fame caristia flagellati non ualentes ulteriùs guerrā facere. uidentes se desertos. ex utraque parte concordiā querunt insimul. et sic factū est. nuncios ex utraq; parte mittentes. Dñū Aplicum sunt consulti. ut mitteret

eis unū Patha siue Pastorē utilē et benignū. qui acquiescens uerbis et litteris eorū. elegit unū Virū. uid: Johannem de Marauia frater Marchionis et frater Regis Bohemie. non tamen legitimū. sed spuriū. Nuncij uero rediērunt cū gaudio suamq; imbaxiatā nunciauerunt. et omnes exultauerunt gaudio magno valde.

Johannes de Marauia Patha Aquil. sedit annis. VI. diebus. XI.

eum pmo uenisset in Forumiulij reuerenter susceptus est in Patha. Tandem inimicitia orta est inter Dnū Patham. et Dnūm Federicū Nobilē militem de Sauorgnano ex parte hominum conquerentiū et accusantiū Dnūm Federicū. et ex parte sue nouerce que quotidiè proclamationes faciebat coram dicto Dño Patha. accusans eundem Dnūm Federicū in multis. qui Patha eo qđ erat de parentella dicte nouerce supradicti Dñi Federici. credidit et assentiuit uerbis suis ambagijs. et res eo usque deuenit. quod dictus Dñus Federicus una die in Capella sua per nonnullos homines peruersos interfectus est. uulgata ipsius morte. illico in impetu furoris trucidata est ab Vtinensibus super platea communis Vtini Nouerca ipsius Dñi Federici. Tandem post temporis cursū interemptus est et Patha in Castro Vtini ante portā ipsius Castri. in anno M. CCC. LXXXX IIII. Die. XII. Octobris. et sepultus in Vtino in Ecclia maiori ante altare maius clam et in nocte absque Sacerdotibus in sepulcro olim Pathe Nicolai

parentis

parentis sui.

Defuncto Johanne. successit Antonius de Gaeta Patha Aquileg. qui ab ordinatione sua usque ad recessum eius sedit annis VII. Fuit sanus consilij. sed non corpore. mamas mulierum sugebat propter infirmitatem quam habebat. Malandrinos multos qui erant trans Fusenum dispersit. et destruxit. et fortalitia eorum. et propugnacula. que habebant in montibus igni tradidit. Eidem Patha fit exosus omnibus. quia erat nimis auarus. et non expendebat large sicut predecessores sui. uescebatur leguminibus cum aceto et sale. et lactucis crudis. non edebat aliquod horum Mechanicij. sed solumodo accumulabat pecunias. habens autem bursam plenam. LX. milia Ducatorum et ultra. cepit iter suum patriam et uenit Romam promittens redire. et non rediit. et ibi factus est Cardinalis.

Antonius de Portugruario Patha Aquilegien. uenit Aquilegiam sine applicuit in M.CCCC.II. Die octauo Mensis Aprilis. et celebrauit missam suam nouellam eodem anno in die Sti Luce Euangeliste. et Frater eius D. Nicolaus electus eodem die duxit uxorem Della Fraetina. Fuit ante idem Antonius erat Epus Concordiensis. et erat ualde dilectus Papae Bonifacio IX. eo ipso fuerat seruitor eius. et ideo post recessum supradicti Antonij Gaetani. elegit eum cum uoluntate. et consensu fere omnium. Castellanorum. Ciuium Dnorum. Prelatorum. omniumque hominum in Patria

existentiu. et misit eu ad partes Forijulij. ipse fuit gra-
tanter receptus atque Letanter. et ei obedierunt usque du
uoluerent. Sed non post multu tporis spatiu aliqui ciui
tatenses indignati sunt spernentes eu. atque dicentes. cuius
filius est iste. filius enim pellificij est. Vbi est nobilitas
eius. Vbi milites. et sic fremebant. et stridebant dentibus.
et dicebant. hic non facit iustitia. nec iudicium tenet. qua-
re ergo debemus ei obedire. ex quo non potest facere iu-
diciu et iustitia. Sed quid plura. Isti omnes ad rebelle
Lega et unionem inuicem fecerunt. mittentes edicta lit-
terasque Dño Aptico querimonias super eo faciendo falle
eum accusando in multis. Cogitando Dnus Apostolicus ut
priuaret eum. et aliu eis daret Latha. Quibus auditis et
intellectis eumdem Latha citari fecit. sub pena decem
milium Ducatorum. quod si non compareret infra decem di-
es coram Dño Papa quod ipse esset priuatus a Lathali
dignitate. Sed ad petitione illorum ciuitatensiu et colle-
gatorum eorum dedit eis unu Latha similiter nomine
Antonium. qui extiterat Opus Concordiensis. qui antequam
ens eum eodem Papa Gregorio siue Crrorio. et merito Er-
rorio. quia toti mundo errore contulit. et uenerunt ad ciui
tate Austrie. Antonius receptus est in Latha eorum. et ex
uoluntate et consensu Venetu. Largitus est Latha Antonium
de Portugruario Vinensium censum et prouentus respondentes
(ad ipse Lathali ciuitatem) et ipsi Vinensis eumdem cen-

sum

sũ et prouentus siue affictũ Largiti sunt Venetis. et ipsi Vene_
ti Largiti sunt illi Antonio Pathe eorũ. quod censũ ascendit
ad summã Mille Ducatorũ. et sic fungebantur de affictibus
propriis. et eorũ Pathe. Hic nota q̃ quãdo Patha Antonius
de Portugruaro uidit se ita accusatũ atq̃ quod Pattha Cr_
rorius uenires ad partes Forjulij, misit litteras et nuncios
excusando se. Qui Papa nolens audire litteras nec nuncios
intelligere. misit eum iterato priuari. eo quod personaliter
non comparuisset coram eo. Sed diuina potentia faciente.
illo anno. omnes Principes. omnes Barones. et omnes Ma_
gnati similiter et omnes Prelati totius mundi estimati uni_
ti sunt ut generale fieret colloquiũ. in ciuitate Pisarũ
super facto scismatis. hucusq̃ regnante temporibus preteri_
ti q̃uifere. x x x ii. annos. et factũ est ut Papa Gregorius
qui putabatur uerus Pastor. et Benedictus qui putabatur an_
ti papa, utrique deponerentq̃. et eligi deberet unus qui to_
tius Orbis esse debeat. uerus rector et Pastor. Approp̃inquan_
te termino uidelicet in Annunciatione Bte Marie Vir_
ginis. omnes Imbaxiatores omnium Principũ. omnium
Prelatorũ peruenerunt ad predictã ciuitatem Pisarũ. quo_
rũ numerus fuit usque ad summã. x x. milium. qui cũ
omnes ibidem conuenissent. Gregorius retrocessit. nec uo_
luit comparere synodo. sed uerso terago uenit ad partes
Forjulij ad ciuitatem austrie in die Pentecostes cum qui_
busdam Cardinalibus et alijs de gente Regis Apulie. et
alijs multis Furlanij. et trasmontanis omnibus rebellibus

Dño Lathe Antonio de Corneyreario. ibique stetit. et in magna
reuerentia colebatur ab eisdem. et stetit in Ciuitate austria
usque ad Natiuitatē Sancte Marie Virginis. et recedente
eo cū gente sua et aliquibus Cardinalibus non multis, sed
tantū subtus. Tentes siue stipendiarij Dñi Lathe et Vi-
nensiū insecuntur eos, eosque capiunt. morti tradunt. om-
nia bona eorū auferunt. Papa uerò euasit solus cum qui-
busdā. ceteri capti et depredati fuerunt omnibus bonis eorū.
et uolunt dicere aliqui siue dicunt quod idē Papa amise-
rat omnibus computatis plusquā Lx̄. milia Ducatorū. et
transfretauit usque ad Azulia. et ibi permansit cum exerci-
tio Regis Apulie. Et nemo habebat eum neque tenebat
pro Papa nisi Rex Apulie. Eo anno. et M̄. CCCC̊. X̄. Circa
festū Sancti Johis Baptiste. Cardinales qui tunc erant
Pisis, cū consensu et uoluntate et deliberatione omnium
qui ibidem conuenerant. et elegerunt in summū Pontificē
quendam Cardinalē qui prius extiterat Archiepiscopus Me-
diolanensis cui impositum est nomen Alexander postquā
electus est in Papā. Priuauit omnes adherentes Erroris.
et ei obedientes. Similiter excommunicauit Errorē et Be-
nedictū. et omnes tenentes heresim eorū. Antoniū uerò La-
thē confirmauit in pristinū statū. seu in Lathā. et tunc
idem Antonius Latha uidens rebelles nolentes ei obedire ce-
pit guerrā cū eis. et multa damna intulit eis. et ipsi econ-
tra. sed multa maiora damna, et pericula inimici eius
pertulerunt. Benedictus uero qui putabatur antipapa resi-

gnauit.

gnauit. et noluit uocari amplius Papa. et iuit ad partes suas. Eo uero anno mortuus est idem Alexander Papa. In ciuitate Bonon̄. et ibi sepultus. Post mortē uero dicti Alexandri electus est in Papa. Cardinalis Bononiensis. cui impositū est nomen Iohes. Et isde Iohes confirmauit eundē Antoniū supradictum in Latham. Isto uero anno ciuitatenses dedit̄ sunt comiti de Ortimburgh. cigues adhe- serunt cū omnibus collegatis suis. et idem comes uenit ci- uitatem Austrie plusquā cum ducentis equis. et cepit mon- tem falconis et imposuit gentē suā intus et expulit omnes populares et maiores exceptis quatuor. et obtinuit eundē locum fere per duos annos. et plus. similiter Carneum, Iul- mentiū, Remona. Spalimbergh. Valuesonus. Sancti Viti. Brunera. Purcilus. Maranus. et omnes transtulmentū obediebant illi comiti. Tanquā Vicario Imperatoris. Ex- cepto Utino. Castello Porpeti. Sacillo et alijs pauceis locis et Villis, qui fere omnes fideles erant Dño Pathe propter inuidiam ciuitatensiū.

Anno Dñi. Mitto. CCCC.X° die ultima Augusti. Incepit guerra inter ciuitatenses et Utinenses. Nam antea non habu- erunt guerrā ad inuicem, sed tantummodo Patriarcha litigauit cū eis et econtrario propter inobedientia illo- rum rebellatorū partiū aduersariū. Ad ibi Patha etiam bellatus est cum inimicis suis fere per duos annos, et plus antequā Utinenses diffidarent ciuitatenses. et du-

ravit Guerra illo per duos menses integros hoc tempore
Die X. Septembris. Glemonenses eremauerunt Villam Vereen-
ti. et domos Dñi Doymi quas edificare fecerat de nouo. ip-
sas funditus ruinauerunt. In mense Augusti antequa Vti-
nenses defidarent partes opposite. Castrū de Ders captū fuit
à gente Dñi Pathe et similiter fontanā bonā. Et post pau-
cum tpōris spatium quidam Longobardus proditor exis-
tens tunc Capitaneus eiusdem Castri proditorie ſoro et pre-
cio Mille Ducatorū tradidit eundem locum Glemonensibus
et postmodū eam recessit ad partes suas. Castrū uero fon-
tane bone remansit in potestate et dominio Nobilis uiri et va-
leriosi militis Dñi Mri Tristani de Sauorgnano, et ipsum multum
fortificauit et tenuit pro se. Dñi uero et Dñe eiusdem loci
expulsi sunt, nec fuit eis data quiequa. sed post aduentum
Dñi Ipsi restitutum est eis Castrum.

Anno Dñi M°. CCCC.XI. die ultima Mri Februarij expirauit treuge inter
utrasque partes. et decem diebus post. et die XXI. Aprilis in-
cepit iterū guerra. Ite die tāa Junij. Ciuitatenses cum
exercitu suo aggressi sunt uillā de Mortegliano et uillā
Lurgnagli. Illo die gentes Vtinensiū irruerunt in eos. et
multi cesi sunt parte ex utraque. et multi uulnerati. et
caput sui exercitus Vtinensiū captus est à Ciuitatensibus
fere cum XX. aliis. et conducti fuerunt ad Ciuitatē Austrie,
sed post tres dies dimiserunt eos remeare ad Terrā Vtini. ex-
ceptis burgensibus et aliquibus nostris, quibus imposuerunt
compositionē sine tagliā.

Item

Item XXI. Julij facte sunt tregue inter Vtinenses et Ciuitatenses. et partes Louersas per. X. dies causa recoligendi oladum quod in campis et Vitis erat et die. XXIII. Julij. fuit magna tempestas in Vtino. et die precedente fuit magnus imber siue inundatio aquarū. Tunc prorogauerunt treguas de octo in octo diebus, et de decem in decem usque ad penultimam diem Septembris. et die ultimo Septembris. Ciuitatenses cum quibusdam Vngaris quos proditorie fecerunt venire in terra sua. quia omnis fere patria sperabat pacem habere et nichil dubitabant quin non esset pax. Ciuitatenses cum Vngaris illis iterū ad Villam Mortegliani iuerunt magnamque predam fecerunt. Villam eremauerunt. et abierunt. Montefalconū deuenerunt. et id̄ demorauerunt omniaque spoliauerunt. Deinde uenerunt ad Villam Lagnaci. eamque eremauerunt et derobauerunt omnia quecumque potuerunt. et abierunt. Et die octauo Septembris. Vngari illi uenerunt ad portā Vtini que dicitur Porta Aquilegie. et multa animalia cepe-runt. et ex Vngaris capti fuerunt quamplures et occisi. sed ex Vtinensibus quatuor capti fuerunt. et unus acriter uulneratus.

Item die XIII. Octobris. exercitus Ciuitatensiū iuerunt ad Villas Orbam. Zuglianū. Laseglianū. Sclaunicum. et ibi aliqua animalia spoliati sunt. et abierunt. Id̄ Die prima Nouembris. Treuge facte sunt inter partes. per XX. dies. et die XXI. Nouembris expiarunt treuge. et sic ex utraque

parte usque ad octo dies superstetenunt et non spoliauerunt.
Item. XXVIII. die Nouembris applicuit ad partes Forijulij exercitus Dñi Regis Vngarie cum XI. millibus. quorū ductor siue caput erat quidam Florentinus nomine Lipo. Considerantes autē Vtinenses non posse obsistere contra tam multitudinem magnā equitū armatorū. proposuerunt fere omnes uelle obedire Dño Regi Vngarie tanquam Imperatori et deliberatione facta. miserunt solennes Inbassatores. scilicet Dñum Michaelē de Rabato. et alios plures. ad diē tū Dñum Lipo. et ipse idem Dñus Lipo audiuit. et exaudiuit eos. et recepit eos ad obedientiā. et facta pace inter omnes partes Patrie Forijulij die. VI. In die Sancti Nicolaij Confessoris. cuius nomen sit benedictū in seecula seculorum. Amen.

Item die. VII. Decembris. uenerunt Vngari fere ducenti. et imposuerunt Vexillum Dñi Imperatoris super castrū Vtini. et posuerunt similiter in castro Vtini suū capitaneū uidelicet unū Theotoniēū nomine Lauky. et relinquerunt eum ibi. et abierunt. Nota hic quod antequā appropinquassent gentes Dñi Regis Vngarie Vtinū, quod Vtinenses miserunt ad Venetos cum consilio Dñi Tristani de Sauorgnano. ut uenetī subueniret eis. Qui responderunt quod non possent eis dare subsidiū. Nuncij uero redierunt. relationem suā fecerunt. Et quia Venetī antea habebant omnia loca et fortilitia transtulmentū precio et adulatione comparata. Vid: Sacilium. totum Comitatū Purcilariū et Brunere Valuesoni. et Spirinberch

Sperantes habere adhuc alia Loca. Terras et Castra et fortilitia quecumque essent Ecclie Aquilegensis. Sed quia Deus resistit superbis et gratiam dat seruis suis et humilibus. Idem Dñus Lippo cum exercitu suo subiugauit sibi et Ecclie Aquilegen usque dum ueniret unus uerus Latha. omnes terras, omnia oppida, castra, et fortilitia, at omnes obedientiam fecerunt, et similiter obedire Dño. Comiti de Ortinburch tanquam Vicario temporali Dñi Regis Vngarie Imperatori permiserunt. Postquam autem recuperauerunt bona stabilia Ecclie Aquilegen. progressi sunt ulterius, ad partes Venetorum et receperunt multa fortilitia et Castra et terras, et pertransierunt quandam fossam manu facta à Venetis, et captiuauerunt et letaliter percusserunt omnes custodientes istam fossam. et quia Veneti fecerant fieri eandem fossam cum magnis expensis dubitantes id quod contigit eis. Vngari uero cum perspicacitate et robore obtinuerunt eorum fortilitia. et fortiter munierunt. magna damna Venetis intulerunt. Hic nota quod Dñus Tristanus sentiens et intelligens populum parum siue magnum uolentem obedire Dño Imperatori sicut de iure tenetur tota patria Forijulij. Videns ipse Tristanus quod si ipse permaneret in Terra Vtini, quod ipse incideret in manus inimicorum eius. et quia nolebat se subiugare inimicis suis, ideo eram à Terra Vtini recessit V. Decembris. M°.CCCC°XI. et iuit Sacrofanam. et ibi permansit. post uero paucos dies, idem Dñus Tristanus positus est in exilium cum tota parentela eius à Terra Vtini. et de-

leuerunt omnia arma eius et insignia. et lacerauerunt ubi
cumque inuenerunt uexilla eorum. et uoce preconia ipsum
cum parentela sua proclamauerunt, ne unquam aliquis de
parentela eius nec ipse deberet uenire Utinum nec aliquis de
inde deberet memoria facere de eo nec concordiam querere
de eo. Sed ipse spernendo inimicos suos. uenit una nocte
ad fossatum Utini die penultima Martii in die Mercurii Sch
et fecit incidere siue rumpere spaltum. per homines qui in
transierunt erant, scilicet proditores terre Utini. et miserunt
eos intus cum omnibus illis qui cum eo erant. non enim erant
plures illi qui cum eo intrauerunt. Nondum erat dies, sed a du
abus horis et plus. et ceperunt clamare omnes. Viuat Impe
rator. et comes de Ortinburch et domus Tristani de Sauor
gnano. Illi autem Vispilliones proditores spoliatores homicide
exules qui cum eo uenerant. ceperunt uocare Petrum Paulum
et omnes quoscumque uolebant. Et surrexerunt multi Me
chanici et uenerunt cum eo ad plateam clamantes omnes.
Viuat Imperator. comes de Ortinburch et d. Tristanny. Audien
tes autem inimici eius et fere totus populus perterritus est.
et uix audebant de domibus exire. et fugierunt. et fugierunt
quamplures extra terram Utini quam citius potuerunt. et ipse
Tristannus iussit illis qui secum erant quod ipsi irent in domos
aliquorum inimicorum eius. et auferrerent bona eorum et sic fece
runt ut mandauerat eis. Et fecit uenire ad se quemdam Anto
nium Solant. et interfectus est super plateam Utini. Tandem
fecit depingere in una carta papiri insigne suum et posuit su
per plateam Utini. et fecit custodire plateam Utini cum armis

balistris

balistris Lanceis scutis cum cum insignis eius. et fecit fieri nouum consilium nouos Officiales imposuit. Et dixit quod ipse uolebat facere pacem cum inimicis suis et quod omnes deberent intrare Vtinum. et pacem uolebat habere cum omnibus. et uenerunt aliqui sed pauci. postquam autem uenerunt alicui dixit eis: Scitote quia uolo habere pacem cum omnibus. et obedire Dño Imperatori. et eius Vicario. et si non creditis mihi. mittat Vngaris duos filios meos obsides. et sic fecit. tamen fraudulenter. Vngari autem libenter receperunt eos in custodia habuerunt reseruantes eos bene. Sed quia inimici eius indigne ferentes mala ab eo illata non minus perspicaces consilium inierunt in unum et miserunt Saracenum ad gentes Dñi Regis conquerentes super dicto Tristano. quomodo ipse egressit. Indignati autem Vngari cum ceteris aliis Patrie Forojulij de tam magna prodicione facta per Tristanum. omnes unanimiter dixerunt. Eamus et terram Vtini capiamus et ad saccomanum ponamus. et omnes proditores et Tristanum occidamus. Et uenerunt cum magno exercitu equitum pedestrum curruum non remote à Terra Vtini. cupientes omnes ponere Terram Vtini ad saccomanum. Sed quia Deus non derelinquit sperantes in eo. Vtinenses miserunt nuntios ad illas gentes. que iam prope terram Vtini erant. et pacti sunt ad inuicem. qd si Tristanus non recedat à terra Vtini. aut qd ipsi tradant eum eis. qd ipsi capient terram et homines et omnia bona auferent et Tristanum morti tradent. Venientes autem nuntij. relatione facta. dixerunt Tristano. qd non poterant ipsum concordare. de prodicione facta per eum. qd ipse Tristanus audiens hec et timens ne in curreret in manibus eorum, circa noctis medium exiuit de terra

Vtini cū quamplurib⁹ de Terra. et iuit Sazzorgranū die octauo Aprilis. Boni autē uiri et Nobiles mitigauerunt gentes illas et spoponderunt eis dature⁹ duodecim milia Ducatorū et Vinū et Panē et alia necessaria et sic factū est et uenerunt in terra Vtini fere ducenti et similiter omnes qui exierant pre timore terra Vtini quā intrauit Tristannus. Et imposuerunt uexillū Ecclie Aquilegen. super Castrū Vtini. et promiserunt omnes obedire Dño Imperatori et abierunt iterū ad fortilitia eorū que receperant Venetis. et in illis diebus uenerunt ueneti cum exercitu suo fere cū sex milibus uolentes similiter recuperare fortilitia eorū. et etiā cupientes et uolentes tollere bona Ecclē Aquilegen. sicut ante fecerunt. Sed ipsi Vngari defendentes se uiriliter. uictoriā obtinuerunt. quatuor bombardas eis abstulerunt. et ductorē seu capud exercitus uenetorū ceperunt. et multos alios captiuauerunt. et ipsi Veneti terga uertentes transfretauerunt Venetias. ibiq; attraxerunt exercitū suum. et iterū remiserunt aliquos ad partes Istrie ut uastarent uites oliuas. et magna damna intulerunt illis de mugla. Sentientes hec gentes Dni Imperatoris miserunt quamplures thestonicos ad Istriā et ibi uastauerunt in triplo plus. et receperunt multa animalia. et magna damna Venetis intulerunt et reuersi sunt ad terra Vtini cū prosperitate et lucro.

Nunc autē reuertamur ad facta Tristanni. Tristannus uidens se ab inimicis exosum fecit rumpere aquā et non uenit aqua ad terra Vtini per octo dies nec poterant molere nec animalia in copia habere ad bibendū. Tunc Procuratores Dni Regis miserunt nuntios ad Tristannū. Interrogantes cū cur rumpit aquā terre Imperatoris. Qui respondens dixit. Restituant mihi Vinum

ablatū

abbatū et alia et ego dimittam eis aquā uenire. aliter autē non. audientes autē responsū ab eo omnis patrie turba nec non gens Dñi Imperatoris qđ sic sprenerat omnes et omnibus obsistere uelle. recuperauerunt aquā uelit nolit. ponentes custodes et stipendiarios ut custodirent aquas. et similiter castrū Sauorgnani. et fecerunt bastias, et obsederunt castrū. nec aliquis uictui eis impenderet quis nec fauore. et uoce preconia proclamauerunt qđ quicumq in castro illo esset. si non exiret per triduū qđ suspendio puniretur. Tristannus etiam exiuit castrū. et perrexit usq; Venetias. ibique ordinauit quecumq potuit. Interim capti fuerunt in terra Utini quamplures proditores. et suspensi sunt.

Mense Junii uenit Tristannus in Forumiulij cū copioso exercitu Venetorū die XXV. Madij. cui dux siue caput fuit. Karolus mala testa de Rimino. qui finxit se esse Vicarius. Romane Ecclie. et spoliauerunt multa animalia in patria existentia, multasque segetes uastauerunt. et uenerunt ad Sauorgnanū et obtinuerunt bastias quas fecerant Utinenses, et alij patrie pro obsidione et cremauerunt eas. et omnibus manus amputauerunt quos in illis inbastitij inuenerunt, et pertransierunt fere per totū Forumiulij. Capientes homines mulieres parulos quoscumque poterant inuenire. Aliquos morti tradiderunt et uarijs tormentis trucidarunt qđ nunquā fuit auditū ab aduentu Atile usque ad presens, ita multa et enormia mala commissa in patria Forijulij et obtinuerunt multa fortalitia et eas multū munierunt uictualibus et alijs necessarijs ut fuit Sedeglanū, muzana. Palazolū et portū Latisane, et cremauerunt multas Villas. et tulerunt iterū aquā Terre Utini et uenerunt ad portū Latisane, et ceperunt eumdē locū. Tandē uenere in patria mille et ducenti Ungari et primo recuperauerunt aquā terre Utini. et pertransi-

erunt Tulmentu. uolentes contra inimicos suos debellare. Tristanus autē remansit in Patria in castris suis cū pluribus de Venetorū gentibus, et fecit metere segetes annonas constitere in castris suis/et hoīes quoscumq; poterant capere capiebat. Et non dubebant uix exire extra portas Utini pro timore. et ruyit iterū aquas. et erat magna penuria aque eō q̄ non poterat molere/nec animalia poterant habere ad bibendū. Et postmodū uenerunt iterū plusquā octo millia Ungarorū et messi sunt multas segetes et similiter spoliabant omnes hoīes et mulieres quoscumq; reperiebant. et dimittebant eos nudos abire. nec amicis nec inimicis parcebant. et pertransierunt iterum Tulmentū. et peruenerunt ad alios Ungaros. Tristanus uiriliter duxit guerrā cū inimicis suis et cū omnibus hominibus totius patrie Forijulij. Tandē hoīes Patrie elegerunt cū uoluntate et consensu Dñi Regis Ungarie. unū Patha theotonicū qui dicebatur Dux Deech Ludouicus et spoponderunt uelle ei obedire tanquā Pathe electo sed non confirmato. et post confirmationē factā à Papa. et bullis ostensis omnes uellent obedire tanquā uero Pastori. Et nota q̄ iste Dux Deech destinauit magnā pecunie quantitatem Rome post recessū olim Antonij Caetani qui resignauit patriam. ut superius mentionem feci et fecit dare idem Dux eamdē pecuniā procuratoribus suis ut procurarent pro eo ut eligeretur in Patha. Sed unus illorū procuratorū procurauit tantū pro se ut fuit Antonius Ursus concordien. et electus fuit idē Antonius ut superius dixi in Patha et idē dux amisit pecuniā suā. Et quia idē Dux inuite ferens iniuriā sibi illatā. non cessauit donec misit Comitē de Ortinburch cognatū suū ad ciuitatē Austrie ut superius declaraui. Et anō Dñi. M°.CCCC°.XI°. resignauit idem Antonius de Portugruario Officiū pastorale Eccle Aquilegen. et transiuit Romam et ibi electus est in Cardinalē Aquilegen. Et uacauit Ec-

clesia

eclesiā Aquilegen usque ad electionē istius Ducis fere per annum unū. Sed non uacauit rapt̄oribus. et deuoratoribus. Multos enim habuit Patriā deuoratores qui deuorauerunt omnia bona totius Patrie. Sic fuit Comes de Ortinburch. Paulus existens in Castro Utini et multitudo Ungarorū et Venetorū. et aliorū p̄r̄onorū et uilipilionū, quia nunquā fuerunt tot latrones in patria sicut istis temporibus quia destructa fuit totaliter tota patria cum Trewisana. Inimici autē Tristāni preces et precio magnarū pecuniarū posti sunt cū quibusdā Ungaris fere mille q̄ deberēt obsedere Castrū de Arijs q̄ erat dicti Tristanni. et obsederunt ipsū et nichil potuerunt facere et reuersi sunt in terra Utini.

* Calixtus. adde ad pag. 4.t° que requiuntur ex Apographo Liciniano: Anecdota. Forojul.

Primus Patriarcha predicator extitit Aquileie Beatus Marcus Evangelista.

Hermacoras	Patriar.	Maxentius	Patriar.
Hermagoras	Patriar.	Macedonius	Patriar.
Crisogonus	Patriar.	Paulus	Patriar.
Theodorus	Patriar.	Probinus	Patriar.
Crisogonus	Patriar.	Helias	Patriar.
Agapitus	Patriar.	Severus	Patriar.
Fortunatus	Patriar.	Joannes	Patriar.
Valerianus	Patriar.	Martenianus	Patriar
		Fortunatus	Patriar.
		Felix	Patriar.
		Joannes	Patriar.
		Joannes	Patriar.
		Petrus	Patriar.
		Joannes	Patriar.
		Serenus	Patriar.
		Calistus	Patriar.
		Sigivaldus	Patriar.
		Paulinus	Patriar.
		Ursus	Patriar.

Ex manuscripto antiquissimo existente in Archivo capituli Civitatensis.

100

24
6
144
24
68

Primus Patriarcha predicator extitit Aquileie Beatus Marcus Euangelista.

Hermacoras	Patriar.	Maxentius	Patriar.
Hesarus	Patriar.	Macedonius	Patriar.
Crisogonus	Patriar.	Paulus	Patriar.
Theodorus	Patriar.	Probinus	Patriar.
Crisogonus	Patriar.	Helyas	Patriar.
Agapitus	Patriar.	Severus	Patriar.
Fortunatus	Patriar.	Ioannes	Patriar.
Valerianus	Patriar.	Marcelianus	Patriar
Benedictus	Patriar.	Fortunatus	Patriar.
Cromatius	Patriar.	Felix	Patriar.
Augustinus	Patriar.	Ioañes	Patriar.
Adelus	Patriar.	Ioannes	Patriar.
Maximus	Patriar.	Petrus	Patriar.
Ianuarius	Patriar.	Ioañes	Patriar.
Secundus	Patriar.	Serenus	Patriar.
Nicefa	Patriar.	Calistus	Patriar.
Marcellianus	Patriar.	Sigiualdus	Patriar.
Marcellinus	Patriar.	Paulinus	Patriar.
Stephanus	Patriar.	Vrsus	Patriar.

m

Maxentius Patriar.

Andreas Patriar.

Venantius Patriar.

Theuthinarus Patriar.

Lupus Patriar.

Valpertus Patriar.

Federicus Patriar.

Leo Patriar.

Ursus Patriar.

Lupus Patriar.

Engelfredus Patriar.

Rodoaldus Patriar.

Joannes Patriar.

Lopo Patriar.

Berardus Patriar.

Gotopoldus Patriar.

Benengerius Patriar.

Sigebaldus Patriar.

Henricus Patriar.

Federicus Patriar.

Vodolricus Patriar.

Gerardus Patriar.

Peregrinus Patriar.

Vodolricus Patriar.

Gotofredus Patriar.

Peregrinus Patriar.

Volcherus Patriar.

Berlotdus Patriar.

Gregorius Patriar.

Raimundus Patriar.

Petrus Patriar.

Otobonus Patriar.

Castonus Patriar.

Laganus Patriar.

Bertrandus Patriar.

Nicolaus Patriar.

Ludouicus Patriar.

Marquardus Patriar.

Philippus Patriar.

Joannes Patriar.

Antonius Patriar.

Antonius Patriar.

Antonius Caro.	Latriar.
Ludovicus	Latriar.
Ludovicus	Latriar.
Marcus Barbus Cardinalis	Latriar.
Hermolaus Barbarus	Latriar.
Nicolaus Donatus	Latriar.
Dominicus Primanus Card.	Latriar.
Marinus Primanus Caro.	Latriar.
Marcus Primanus Electus	Latriar.
Joanes Primanus	Latriar.
Daniel Barbarus Electus	Latriar.
Alojsius Justinianus Electus	Latriar.
Franciscus Barbarus	Latriar.
Hermolaus Barbarus	Latriar.
Antonius Primanus	Latriar.
Augustinus Pradonicus	Latriar.
Marcus Pradonicus	Latriar.
Hieronimus Pradonicus	Latriar.
Joañes Delphinus Caro.	Latriar.
Dionysius Delphinus	Latriar.

IV.

Series Patriarcharum Aquil.

ex MSS. Civitatensi.

Ha qualcosa di più e qualcosa di meno dell'Apogr. Cinnamiano.

Apogr. di Agricola Agricola